



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij Francisci Lamberti Auenionensis**

**Lambert, François**

**Argentorati, 1525**

**VD16 B 3868**

Pars Qvarta. Quarto, co[n]tra fiducia[m] in amicos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35983**

**FRANC. LAMB. IN ABDIAM**

**E**dom, si fures introissent, &c. **Qu. d.** Quemadmodum sita, fures & latrones sustulissent, minime sileres, uadi es uenient, quibus super te uenient fures & latrones, ac noui uindematores, qui nihil tibi relinquent, omnia enim auferent. Tum apud te clamor & ululatus erit, sed absque fructu. **Quomodo scrutati sunt &c.** Præteritum profuturo ob rei certitudinē posuit. **Vindematores** quippe, id est, Nabuchodonosor exercitus, quos super eos **Deus** misurus erat, scrutati sunt, & inuestigauerunt omnia, que spectabant ad idum. eos, & secum abstulerunt, ac deprædati sunt, & id quidem libere, ac nullo impediēte. **Idem** ferè habes apud **Hiere.** ubi supra.

**PARS QVARTA**

**V**sque ad terminum emiserunt te, & omnes uiri fœderis tui illuserunt tibi. **Inualuerunt** aduersum te, uiri pacis tuæ. **Qui** comedunt tecum, ponent insidias subter te.

**E**miserunt pro emittent. **Sensus est:** Dicti uindematores ingredientur regnum tuum, & ingredientes usq; in finem regni tui, te ab eo emittent, & pellēt. **Et** omnes uiri fœderis tui, quibus scilicet ante fœdere iunctus eras, ut sunt **Ammonite** & **Moabite**, illuserunt tibi, non seruantes fœdus, sed iuncti erunt his, qui te captiuum facient. **Inualuerunt** aduersum te, id est, te uincēt, uiri pacis tuæ,



**COMMENTAR. CAPVT I. 96**

cis tuæ, hi scilicet, à quibus sperabas auxiliū, atq; bonum, & cum quibus pacem ante habebas. Et qui comedunt panem tecum, qui scilicet tibi conuiuunt, & communicant, ponent insidias subter te, hostium tuorum manibus te tradentes.

Habes ex hoc loco, quàm intutum sit hominibus fidere, quantumlibet sanguine, amicitia, & foedere iuncti sint. Vere neq; in patre, neq; in uxore, neq; in fratribus aut filijs, est tutum fidere. Omnes enim caro sunt, nisi Dei spiritus, quod à carne est mortificet, & crucifigat. Scriptum est enim. **Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Nere. 17.** Et de amico ac uxore dicitur. **Mich. 7.** Amico noli fidere, & ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

**PARS QVINTA.**

Non est prudentia in eo. Nunquid nō in die illa, dicit Dominus, perdam sapientes de Idu meā, & prudentiam de monte Esau. Et timebunt fortes tui à meridie, ut intereat uir de monte Esau.

**E**ST reproba carnis prudentia, quæ mors est, Deoq; inimica. Roma. octauo. Et stultitia apud Deum. 2. Corin. tertio. Animalis, carnalis, & diabolica. Iaco. tertio. **Hæc semper inimicatur sapientiæ Dei, sed ab**